

1513. a. 3. Januarij.

Ex. M. Arch. Stam. Aug. Regi.

AT

3

Anno Domini 1513. Die 3. Januarij.

2
3
Sigismundus Primus Rex Poloniae et Ma-
gnus Dux Lithuaniae, cum Regina Barbara
Uxore gravida ex Piotrkow Posnaniam venit.
Quo etiam Nuntij Cruciferorum de Prussia ve-
nire debebant. Venit autem Iop Comesaniens.
ad Regem Posnaniam, sed et illi nihil etiam
concludi potuit eo quod Cruciferi diffugiis ac
dilationibus laborabant, ne Regi Regnoque
Iuramentum, fidem ac obedientiam presta-
rent: quia à Caesare et à Principibus Germa-
niae ne facerent animabantur.

Post Conventum Posnaniensem, et post Conven-
tum etiam Novae Civitatis Torozyn, et post Con-
stitutiones in eisdem Conventibus factas, in-
stitutus fuit alius Conventus in Proszevice, in
quo fieri debebat executio supra-scriptarum
Constitutionum. Sed et hic Conventus Proszevi-
censis ab omnibus turbulentis fuit infe-
ctus. Nihilominus tamen Rex volens hu-
ic malo medicinam afferre, et Regnum inde-
fensione constituere, indixit iterum denuo
Conventum in Proszevice, iubens ut consen-
sionis executio fieret et Conciliarios Regni
ad se in Radom convenire iussit, quo et ipse
ad Lithuaniam vadens erat venturus.

